



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

25. An Confessarius possit sine fractione Sigilli manifestare peccatum  
nondum patratum v. g. propositum prodeundi Rempublicam, vel occidendi  
innocentem, &c? Ex part. 5. tr. 11. res. 25.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](#)

fessione noti, aliundē documentum pœnitenti afferant, vt contra Gabrielem docent catholici Doctores, qui in hoc errauit *distrib. 21. quest. 1. art. 3.*, *casu 4.* vt alibi notamus, docens ad fugiendum vitaे periculum posse reuelare confessioem. Vnde recte Diana cum Turriano quem refert, concludit, Sacerdotem, qui ex confessione nouit sibi necam paratam in sylua, teneri potius ingredi Syluam, quam fuga exponere periculum eum qui in confessione illi id aperuit periculum. Legatur Diana *r. 11. quinta pars resol. 45.* Ego sanè cum Lugo ne num. 110. nego pro seruanda vita licere facere aliquid, ex quo alij coniunctum peccatum, cuius notitia habita est in confessione, quod etiam docet Ricardus, Sotus, Nauarrus, Medina, quos refert, & sequitur Vasquez *supr. dub. 10. n. 4.* Ledefina, & alij, quos refert, & sequitur Starius *dip. 33. sect. 7.* *num. 6.*

*Sup. hoc in* *Ref. annot.* *Nugnus in additionibus quest. 11. art. 1.* Bonacina *supr. sect. 5.* & alij contra Suarium *supr. num. 7.* & contra Nauarrum, & Sotum quos referunt citati, eum, qui vinum ad Missam paratum nouit in confessione esse veneno infectum, posse Missam prætermittere; vt ut enim iure suo, nec inde pudor, aut confessio redditus odiosus debet tamen aliunde sumere occasionem dimittenda Missa: imo Coninch, & alij putant tunc teneri Missam omittendam, tum vt mortem evadat; tum vt evitetur irreuerentiam Sacramenti confecrando in vino venenato.

4. Addunt etiam aliqui Doctores Bonacina supra, posse tunc Missam omittendam, sibi fugiendo coifulerere, etiam praesideat fore, vt pœnitens à quo nouit venenum fuisse appossum, vel necem ab ipso sibi parari, occidatur, vel grave detrimen-  
tum accipiat ab aliis sociis ob manifestationem delicti.

5. Probabilius tamen videtur, & omnino verum oppositum; nam ex notitia confessionis sequeretur damnum pœnitenti, & confessio fieri posset odiosa, vt docet idem Bonacina, & Diana *eadem resol. 46.* vbi cum alii docet non posse omittere Sacrum. Quod si Sacerdos esset in statu peccati deberet sibi de contritione prouidere. Illud vero, quod dicitur de irreuerentia in confecrando in vino veneno infecto, non videtur tanti momenti, atque id quod fieret contra sigillum, Diana loco citato. Sed rem hanc luculentius, & pleniū explicat, & probat Suarus *dip. 33. sect. 7. art. 5.* usque ad 8. omnino legendus. Hoc sique Dicastillus; cui adde præter Doctores à me alibi citatos, Ioannem Praepositum in 3. part. D. *Toome quest. 11. de sigillo confessionis dub. 7. num. 49.*

6. Sed magis difficultas est stando in opinione affirmativa Patris Palauicini & aliorum, an confessarius possit in præfatis casibus Missam omittere; sylvam non intrare, &c. ob manifestationem delicti. Et affirmativè respondet Leander *vbi supr. de Sacram. tom. 5. tr. 5. dip. 10. quest. 69.* quia in dictis casibus confessarius vtitur iure suo, nec propter hoc aliquis posset à confessione rationabiliter retrahiri: Sic aliqui Doctores apud Bonacinam, & Molfesi. loco citato *num. 42.* addens; posse etiam Sacerdotem ad evitandam mortem, si quereretur ab eo; an talis persona peccata sua, illi confessio fuerit, affirmare; quamvis persona illa occideretur, quamvis melius esset mortem sustinere. Ita ille, cui adde Coninch de *Sacram.* *dip. 9. dub. 4. num. 56.* & Philippum Fabrum in 4. sent. de penit. *distrib. 19. qu. vniq. cap. 4. num. 79.*

7. Sed ego prorius puto hanc sententiam esse rei-  
ciendam, & illam impugnat Cardinalis Lugo de

*Sacram. p. 20. disp. 23. sect. 5. n. 11.* vbi impugnat Co-  
ninch, & post illum Dicastillus *vbi supr. num. 161.*  
Hermannum Busembau in *Medulla Tcol.* *mer. 1.*  
*6. tr. 4. cap. 3. dub. 1. n. 3.*

8. Ex dictis infertur, confessarius, qui pœnitentem noluit absoluere propter eius dispositionem, si postea ab eodem pœnitentem calumnioso ob vindictam accusetur de falso crimine, non posse se defendere manifestando confessionem factam: nam licet pœnitens non sit dignus, cui secretum feruere, sed potius licet viam vi repellere: Sacramentum tamen dignum est, vt ob eius reuerentiam non violetur sigillum; sed alius modis defensio legitima pro-  
curetur.

9. Infertur secundò, quod dictum est de periculo vite corporalis, locum etiam habere de periculo vite spiritualis, vt nec propter illud vitandum in tempore possit confessarius confessionem reuelare, vt nota Suarez *dicit a sect. 7. n. 8.* sed licet ex confessione sibi preparari periculum spirituale graue, si alter illud vitare non potest, debet sperare auxilium gratie diuinae, & se Deo commendare, ac seruare omnium indenne sigillum.

## RESOL. XXV.

*An Confessarius possit sine fractione sigilli manife-  
re peccatum nondum patratum, v.g. propositi pro-  
perti Rempublicam, vel occidentem innocuum,  
&c?* Ex part. 5. tract. 7. *Ref. 25.*

§. 1. C Ircia præsens dubium Alexand. de Ales +  
part. quest. 19. num. 2. art. 2. Adrian. n.  
4. quest. ultim. de Confessione. Syluest. ver. Confess.  
3. quest. 5. & Angelus ver. Confess. ultim. num. 7. de-  
cent tunc Confessarii non teneri (nisi quando-  
cum propositum est in pœnitente, qui antea com-  
misit re ipsa, & in effectu simile peccatum ei, quod  
est in proposito, & illud etiam confitetur,) quia  
confessio dicti propositi perseuerantis non est lacun-  
tialis, vt potest inepta absolutioni, quia nullus po-  
test à proposito peccandi perseuerante absolvi. Ad-  
diderunt vero, nisi quando pœnitens antea commisit  
in effectu simile peccatum, & illud etiam confitetur:  
quia tunc propositum illud ob connexionem  
cum eo peccato antea commissio, cuius etiam fit  
confessio, etiam clauditur scilicet sigillo confessionis,  
sicut peccatum ipsum in effectu commissum &  
confessum, quod est aptum absolutionis.

2. Sed ego respondeo distinguendo. Dico igitur,  
primo, quod quando pœnitens confitetur tale pro-  
positum, vel animo inducendi Confessarius ad simile peccatum, vel animo illudendi illum, vel inten-  
dendi confessionem, vel simpliciter narrandi tale pro-  
positum, vt historiam quamdam, tunc certum effe-  
non obligare sigillum, quia tunc neque adest confessio  
valida, neque aliquis animus sufficiendi illam, sed tam-  
cum adest simplex narratio.

3. Dico secundò, quod si quis cum animo acci-  
sandi se, & cum aliquali detestatione sui peccati con-  
fiteatur prauum propositum præsens peccandi, Con-  
fessarius non potest peccatum futurum reuelare.  
Probatur, quia peccatum futurum explicatur in  
Confessione veluti obiectum prauum voluntatis  
præsentis, ergo fieret contra secretum debitum Sacra-  
mento, si illud reueletur. Tum etiam, quia cum  
per hoc equatur infamia pœnitenti, maximè ren-  
herentur homines à confessione si hæc peccata fu-  
tura reuelarentur. Et ita docet Ochagavia de Sacra-  
mento de sigillo, quest. 3. num. 3. cui adde Fagundez  
præc. 2. lib. 6. cap. 4. n. 26. Suarez tom. 4. diff. 3. sect. 1.  
num. 3.

# De Sigillo Confessionis. Ref. XXVI. &c. 437

num. 8. Sotum de secreto, membr. 3. quest. 4. conclus. 2. Richard. Durand. Henriquez & Coninch, quos citat & sequitur Hurtado disputat. 12. de paenitentia, dicit. 4. Vide etiam Onuphrium opusc. de sigillo, sect. 4. quest. 6.

## RESOL. XXVI.

An sit licita fractio Sigilli, quando casus est talis, quod paenitens teneatur confentire? Et si non confentiat, quid facere debeat Confessarius? Vi si v.g. paenitens constitetur in quadam domo ad esse conuenicula Hereticorum, &c. Si in isto casu docetur, quomodo se gerere debeat Confessarius circa abolutionem talis paenitentis. Ex part. tract. 11. Ref. 33.

§. 1. Quid primum, certum est in tali casu. Quia etiam obligare sigillum: ut si, v.g. paenitens confitetur in quadam domo adesse conuenicula hereticorum, in tali casu confessus patrimentis, ut talis denuncientur Inquisitoribus, est quidem debitus, sed a renuente paenitente hoc minime Confessarius efficeret potest; sed quid facere debet in tali casu Confessarius? Certum est non esse abfolendum, si omnino sit liquidum, quod teneatur confentire in istiusmodi revelationem, & neque ipse revelare velit, neque in revelationem per Confessarium faciendam confentire. Secus si promittat se revelaturum, aut saltam proponat reueaturum prima opportunitate, & malum quod per revelationem avertendum est, tale sit, ut merito eiusmodi dilectio paenitenti indulgetur. Erit etiam abfolendum, si aliquo modo probabilis sit opinio ipsius paenitentis, quia paret sibi non incumber villam obligationem huius revelationis facienda, aut concedenda hic & nunc, cum istiusmodi suis, que verisimiliter timeret, incommodis, de quibus prudenter Poenitentiarius iudicabit. Quod obtinet etiam quando est liquidum licere, sufficit probabile esse non teneri. Cum autem consensus extortus non sit pro consensu habendus, ut supra diximus, videat Confessarius, ne utatur consensu paenitentis, quando eum indebet cogere, nolens abfoluere, nisi det sibi licentiam peccatum reuelandi.

## RESOL. XXVII.

An, si fractio Sigilli fiat in paenitentis utilitatem, sit licita? Ex part. 5. tr. 11. Ref. 32.

§. 1. EX tacito consensu paenitentis posse eius confessionem reuelari, tradit Iacobus de Graffio in decis. ait part. 1. lib. 1. cap. 2. 3. num. 14. quando cedit in eius utilitate.

2. Sed hanc sententiam meritò refellit Tannerus tom. 4. dispur. 6. quest. 9. dub. 6. num. 12. 4. & Malde-  
rus tract. de sigillo, cap. 4. & ideo ille, si morti proximus habeat occulum debitum ex delicto, & petata à Sacerdote restitutionem iniungi hæredibus, non poterit Sacerdos dicere hoc ex delicto deberi, sed solum quod talibus hoc dari voluerit, & satius esse fidare moribundo, ut secreto suo codicillo talia inserat hæredibus iniungenda. Si tamen ex sola executione mandati oriatur suspicio delicti, Sacerdos mandatarius excusat, ut bene Reginald. Quod ergo Graffius dixit esse casum, quo sufficiat tacitus confessus paenitentis, ut Confessarius peccatum eius reuelet, per ab sum est dictum, cum potius dicere debuerit, & forte, ut arguit exemplum, quod Tenu. 1.

adducit, voluerit dari casum, ubi ex actione Confessarij, in quam paenitens aperte confensit, tacite sequatur reuelatio peccati. Sanè multum differunt tacitum esse confensum, & esse confensum in tacitam reuelationem.

## RESOL. XXVIII.

An Confessarius possit reuelare hæredibus restitutionem faciendam, quam debeat mortuus paenitens? Et quid maxime si in predicto casu ad sit licentia paenitentis, qui ante mortem dixit Confessario, ut ita reueleret? Et quid, si non satis constet de voluntate paenitentis iam mortui, & hæredes ipsi dubitent, & presumant contra Confessarium fuisse confessionem reuelatam absque aliqua licentia illius? Et quid est agendum, si hæredes nolent ex auaritia, (ut accidit,) dictis Confessarij acquiescere? Ex part. 5. tr. 11. Ref. 28.

§. 1. ICET Maior in 4. distin. 21. quest. 3. sequitur L Scotum afferat non posse manifestari debita, credita, & alia similia à Confessario, quæ ipse habuit à confessione alicuius, quia hoc efficeret reuelare confessionem.

2. Tamen contrarium dicendum est cum Taberna, Rolella, Graffio, Navarro & Rodriguez, ques citat & sequitur Onuphrius opusc. de sigillo, sect. 2. quest. 5. dummodo ad sit licentia paenitentis, qui ante mortem dixerit Confessori, ut reueleret. ex cap. præterea, de offic. deleg. In quo casu creditur Confessori sic dicentes, maximè si id, quod reuelatur (& est secunda conditio, quam diximus requiri) sit in bonum animæ paenitentis iam mortui, & ratio est, quia cum, ut iam diximus, de licentia paenitentis possint a Confessario dici peccata illius extra confessionem, si id sit eiudem paenitentis bonum, quidam etiam poterunt dici illa, quæ supra diximus, si a ea dicenda habuerit licentiam Confessarius à paenitente iam mortuo, & sit in bonum eiusdem? & hinc apparet fundamentum Maioris esse falsum. Sed quid si non satis constet de voluntate paenitentis iam mortui, & hæredes ipsi dubitent, & presumant contra Confessarium fuisse confessionem reuelatam absque aliqua licentia illius? id fuisse dicitur Respondeo, & tunc presumendum esse. id fuisse dicendum a Confessario de licentia mortui paenitentis. Id quod maximè iudico verum, quando restituatur in bonum animæ ipsius mortui. Quod si non potest apparet de voluntate confitentis, semper presumitur contentus, quando alter suæ saluti confituli non posset. Quid si hæredes nolent ex auaritia (ut accidit) dictis Confessarij acquiescere? ad summum est opus illorum, ut probarent contra Confessarium, qui reuelauit, id non fuisse ex mente & licentia paenitentis iam mortui, presumptio enim transfert onus probandi in agentem, quia is debet probare, contra quem facit presumptio.

Super hoc  
infra in Ref.  
31. §. vlt. ad  
medium, & si  
placet lege  
Respondeo,  
et tunc presumendum esse. id fuisse di-  
cendum a Confessario de licentia mortui paenitentis.  
Etum à Confessario de licentia mortui paenitentis.  
Id quod maximè iudico verum, quando restitu-  
tur in bonum animæ ipsius mortui. Quod si non  
potest apparet de voluntate confitentis, semper  
presumitur contentus, quando alter suæ saluti  
confituli non posset. Quid si hæredes nolent ex  
auaritia (ut accidit) dictis Confessarij acquiescere?  
ad sum-  
mum est opus illorum, ut probarent contra  
Confessarium, qui reuelauit, id non fuisse ex mente &  
licen-  
tia paenitentis iam mortui, presumptio enim  
transfert onus probandi in agentem, quia is debet  
probare, contra quem facit presumptio.

## RESOL. XXIX.

An pro sit testimonium Confessarij de licentia paenitentis, ut probetur paenitens emendatus in foro exteriori? Ut v.g. Parochus dei sacram Eucharistianum, vel sepulta am Ecclesiastican publico usurario, vel mercericis, &c?

Et infertur, quando publica meretrice est confessa mendicanti Religioso, non posse Pastorem petere testimonium à tali Confessario, quod vere de peccato suo publico paenitentia & confessio, & absolutione sit.

O O 3 Confessa